



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm  
Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &  
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &  
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

**Tympe, Matthäus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1650**

LI. Parænesis ad frequentationem SS. Communionis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38994**

rum monebis Auditores , ut quotidie aliquid, licet *Luc.20.v.3*  
*modicum sit, in Usum pauperum seponant, & ex*  
*bonis, non alienis, vel furto partis; sed ex propriis*  
*supervacaneis, imò interdum etiam ex necessariis*  
*animo lubenti ( Tob.4.v.9.) & hilari (Syr.35.v.11.6.*  
*4.v.8.2. Cor.9.v.7 ) item liberaliter ( Tob.4.v.9. 2.*  
*Cor.9.v.6. ) & usque ad finem vitæ constâter dent*  
*eleemosynas.*

*LI. PARENÆSIS AD FREQVENTA-*  
*tionem sacrae communionis, seu S.S.*

*Eucharistia.*

**E**XORDIUM duces à querela, quòd adeò pietatis  
 studium apud multos refrixerit, ut raro ad cō-  
 munioneum accedant.

**PROPOSITIO:** Teigitur Auditores ad sacræ  
 Communionis frequentationem incitaturum.

*Vide R.P.  
Busei Viri.  
virt.*

**C**ON FIR M. I. Locus à dignitate & excellentiâ  
*Communionis S. Eucharistia*, quæ non minor est,  
 quam ipsiusmet Christi Dei & hominis, qui in illa  
 sumitur, Conditoris cæli & terræ, & totius huma-  
 ni generis vindicis Majestas, qua certè nec esse nec  
 excogitari sublimior potest, ut pote immēsa & in-  
 finita. Quare Divina Scriptura in veteri Testamē-  
 to eam nobilissimis quibusque FIGURIS adumbra-  
 uit, & præsignificauit. Et PRIMÒ quidem typo panis  
*& uini à Melchisedec Rege Salem Dei summi Sa-*  
*cerdote Abraham Patriarchæ oblati. Deinde panū* *Ge.14,19.*  
*propositionis, qui solum à puris & sanctificatis come-*  
*di poterant. Item panis Primitiarum ( Leu.8.v.7. )*  
*demum panis Angelici, quo Elias Propheta robo-*  
*ratus 40. diebus ambulavit usque ad montem*  
*Dei Oreb. ( 3. Reg. 9.vers.8. SECUND A Figu-*  
*ra fuit Agnus Paschalis ( Exod.12.v.3. à quo Chri-*  
*stus Ioan.1.dicitur Agnus, qui tollit peccata mundi, i-*  
*deoq; Christus post Agnum Paschalē manducatū*  
*in cœna hoc Sacramētum instituit. TERTIA Figu-*  
*ra fu-*

ta fuit sanguis Testamenti, quo Moyses aspergebatur populum. **QUARTA**, Manna, teste Christo. Ioan. v. 48. In novo Testamento. (Ioan. 6. v. 50. 54. 57. Christus Eucharistiae dignitatem ex quatuor ejus nobilissimis effectibus demonstrat. **PRIMUS** est quod sit, *panis verus & viuus de cælo descendens*. **SECUNDUS**, quod præbeat *vitam eternam*. **TERTIUS**, quod vim habeat excitandi à mortuis. **QUARTUS**, quod beneficio illius Christus sit in nobis, & nos in Christo. S. Paulus, Cor. ii. v. 27. insinuat ejus dignitatē ex gravitate pœnæ, quæ manet indignè communicantes quod quasi denuo Christum prodant, & crucifigant, & ex probatione ad sumptionem ejus requisita, quæ potissimum diligentie examine conscientiae & exomologesi peccatorum cum dolore Sacerdoti facta perficitur. Eandem dignitatem variis elogiis exprimunt SS. Patres: Pauli discipulus Dionysius Areopagita, lib. de Eccles. Heir. c. 3. Eucharistiam vocat *omnium Sacramentorum consummationem, divinissimum & sacrosanctum Sacramentum: sacrosancta & augustissima mysteria*. S. Martialis (Epist. ad Burdigalenses c. 3. v. 4) vocat *Communionem Dei viui, mensam divinam et escam in fide perfectam totā cælestem*. S. Cyprianus, lib. de cœna Domini. *Cibum in consumptibilem. Optatus Mileuit. Pignus salutis eterna tutelam fidei, & spem resurrectionis.*

**II.** Locus ab immensis & admirabilibus sacra Communionis utilitatibus & fructibus. Ejus enim beneficio non derivulo, sed fonte omnium charismatum, & donorum cælestium participamus.

**PRIMUS**, per illam intimè conjungimur Christo animo & corpore, qui non in substantiam nostram mutatur, sed nos quoddammodo in ejus naturam convertimur, ut rectè post S. Communionem peractam dici queamus Christophori, ut S. Cyrilus Hieros. docet.

SE-

**S**ECUNDÒ, Ejus vi quotidianas animi sordes fa- *Hom. 46.*  
cile eluimus; vulneribusq; inflictis medemur. *in Ioan.*

**T**ERTIÒ, Valet ad coercendos pravos animi mo-  
tus & perturbationes, & ut Ioan. Cass. docet, *Col-*  
*lat. 22. c. 6. ad cavendas corporis pollutiones alias-*  
*que dæmonum illusiones.*

**Q**UARTÒ, Præservat à lapsu in graviora pecca-  
ta. S. Bern. Duo, inquit, illud Sacramentum operatur *Ser de Bapt.*  
*in nobis, ut ē sensum minuat in minimis & in gravi-*  
*oribus peccatis tollat omnino consensum. Si quis vestrum bito.*  
*non tam s̄epe, modo non tam acerbos sentit iracundia*  
*motus, inuidia, luxuria, aut ceterorum huiusmodi, gra-*  
*tias agat Corpori & Sanguini Domini, quoniam virtus*  
*Sacramenti operatur in eo, & gaudet quod pessimum*  
*hulcus accedit ad sanitaem. Quo sit ut qui diutius à*  
*Communione abstinent facilè in lethalia crimina*  
*labantur.*

**Q**UINTÒ, Valet ad expugnandas omnes tenta-  
tiones dæmonis, mundi, & carnis. Vnde Chrysost. *Cyril. Alex.*  
*Hom. 45. in Ioan. Hic mysticus Sanguis dæmones pro-*  
*cul pellit, Angelos, & Angelorum Dominum ad nos al-*  
*licit: dæmones enim cum Dominicum Sanguinem in no-*  
*bus vident, in fugam vertuntur, Angeli autem concur-*  
*runt.* *lib. 3. in Ioa.* *cap. 30.* *Chrysost. lib.* *24. in epist.* *ad Cor.*

**S**EXTÒ, Majorem Apud Deum gratiam (unde &  
nomenclaturam accepit) conciliat. Si enim qui mā-  
ducat, Christi carnem & bibit ejus sanguinem, vitam  
aternam, multo magis habet gratiam.

**S**EPTIMÒ; Vehementer accedit in nobis amo-  
rem Dei, & ardua quæque pro Christo perferenda  
nos inflamat. Qua de causa, cum olim à Tyrani-  
nis fideles ad tormenta & cædem propter Chri-  
stiani nominis confessionem vulgo raperentur, ne  
illi fortè dolotum acerbitate victi in salutari cer-  
tamini succumberent, vetus in ecclesia Catholica  
mos fuit, ut iis ab Episcopis Dominici Corporis, &  
Sanguinis Sacraenta præberentur.

quam Leo-  
nes, ait, igne  
spirantes ab  
illa mensa  
recedamus,  
fatis diabolo  
&c.

OCTAVÒ, Maguam adfert voluptarem & con-  
solationem spiritus piè communicantibus.

NONÒ, Antidotum est præsentissimum ad per-  
fectionē vitæ Christianæ & religiosæ consequen-  
tia, quæ consistit in perfecta abnegatione sui, mor-  
tificatione passionum, & vero contemptu mundi.  
&c.

DECIMÒ, Est viaticum nostræ peregrinationis,  
vel peregrinantium ad cælestem patriam, & ad  
montem cæli ascendentium, ideoque Agnus Pa-  
3. Reg. 19, 8. schalis, Exodi 12. manducabatur à Judæis, habitu  
peregrinorum præseferentibus, cum baculis, cal-  
ceis, &c. & Elias Propheta sub cinerice i panis for-  
titudine ambulavit usque ad montem Dei Horeb,  
Quare in Concilio Nicæno aliisq;, jam olim mā-  
datum est, ut nemini morti proximo hoc viati-  
cum negetur.

II. Locus à testimonijis Divinis, SS. Patrum, &  
veruissime Ecclesie. S. Lucas de primorum Christia-  
norum à S. Petro conversorum more ita scribit: E-  
rant perseverantes in doctrina Apostolorum, & commu-  
nicatione fractionis panis, & orationib; (ubi Syrus in-  
tom. I. terpres habet, in fractione Eucharistie: (& paulò  
Gratian. de post subjicit: Quotidie quoq; perdurantes unanimiter  
Consecra. d. 2 in templo, & frangentes circa domos panem, &c. Syrus  
peracta. vertit, frangentes munus benedictum.) Piæ huic  
consuetudini quotidie cōmunicādi deinde acces-  
sit præceptū summi Pōtificis Anacleti. Qua de cau-  
sa diu in Ecclesia mos viguit, ut sacerdos, peracto  
Sacrificio, cū Eucharistiam sumisset, ad populum  
præsentē conversus, fideles ad sacram mensam in-  
uitaret. Adhæc quod admodum salutare & fru-  
de Eccl. ctuosum sit, sapius per annū iterare sacram Syna-  
Hie. c. 3:7. 2 xin, omnes SS. patres, & Theologi ad hoc usq; z-  
uū constanter docuerunt. S. Ignatius Martyr, Apo-  
stolorū discipulus, in ep. ad Ephesios: Date, inquit,  
operā, ut crebrius congregemini ad Eucharistiam, & glo-  
riam Dei. Quanto enim sapius in idem loci conueni-  
tiū,

con-  
per-  
uen-  
por-  
indi-  
onis,  
& ad  
s Pa-  
bitū  
, cal-  
s for-  
reb,  
mā-  
iati-  
  
n, &  
ftia-  
t : E-  
mu-  
s in-  
aulò  
niter  
yrus  
huic  
ces-  
cau-  
acto  
lum  
in-  
fru-  
yda-  
; x-  
po-  
uit,  
glo-  
eni-  
tis,

sis, labefactantur vires Satanae, & ignita illius ad peccandum jacula tritare resiliunt. S. Hilarius: Si non sunt tanta peccata, ut excommunicetur quis non se debet à medicina Corporis & sanguinis Domini parare, unde Apud Gr. tian. de Con- timendum est; ne diu abstractus à Corpore Christi, scrr. d. s. alienus remaneat à salute: qui peccare consueverit, communicare non desinat. Sanct. Ambros. lib. 5. de Sacram. cap. 4. Si quotidianus est panis, cur post an- Ead. Augm- num illum sumis, accipe quotidie quod quotidie tibi serm. 18. do profit. Sic vive, ut quotidie merearis accipere: qui non Verb. Dem. meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere. Et: quotiescumque effunditur Sanguis Chri- sti, in remissionem peccatorum effunditur, debo semper accipere: quia semper pecco debo semper capere me- dicinam.

In EPILOGO excitabit Auditores, ut ingens in se Lib. 4. c. 6.  
excirent desiderium cibum illum cœlestem, SS. Vide P.  
Eucharistiam (ad æternam animæ salutem tam sa- Christoph.  
lutarem) prævia pœnitentia creberimè usurpan- Madridium  
di: Excitati, ut cum S. Chrysostomo loquar, incen- de frequentib.  
si, ac ferventes omnes accedant. Nam si Iudei stantes, Communio-  
calceati & baculos in manibus habentes cum festinatio- ne & Baron.  
ne comedant, quantò magis nobis vigilandum est? Non in Matth.  
videtis quanta infantes animi alacritate mamillas ar-  
ripiunt? qua passione papillis infigunt labia? non mi-  
nore cupiditate nos quoq; ad hanc mensam, & ad huius  
calicis spiritualem accedam⁹ papillam, imò verò majo-  
re desiderio quasi lactantes pueri gratiam Christi fuga-  
mus, unus sit nobis dolor, una mœstitia, si hoc alimento  
spirituali privamur. Hæc Chrys.

## LII. PARÆNESIS AD CVSTODIAM bonæ famæ.

**I**N EXORDIO dices, hominem duplice ex capite teneri rationem habere bonæ suæ famæ: tum, quia tenetur operam dare virtuti, ex qua sola bo- nitas famæ promanat: tum, quia tenetur non dare

M. 5. Iean-